



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Viuendi ordo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

anteuertebat, neque cunctationibus, sœcordiaque corrumpebat; denique in rebus eius omnibus splendor quidam Religiosæ integritatis emicabat, qui tantam ei venerationem conciliabat apud omnes, vt vulgò non nisi summâ reuerentiâ approbationeque de eo loquerentur.

*Ordo vi-
uendi.*

Res altera quæ magno ei adiumento fuit, erat certa ac constans viuendi ratio, quam semper laudatissimam tenuit. Solebat semestribus singulis (per id triduum quo nostri negotijs ferè omnibus sibi interdicit, ad instauranda meliùs renouandaque Religionis vota) distribuere temporum, dierum, horarum etiam interualla, quibus ad res quasque erat opus. Atque hanc partitionem in proximæ Renouationis tempus obseruabat constanter: ac tunc, si vsus esset, ob diuersitatem vel habitationis, vel occupationum, eam commutabat. Quoniam verò interdium spatia quædam temporis incidunt aut abrupta aut breuia, quæ faciliè incurioso alicui elabuntur, ille qui temporis scilicet erat audivissimus, peculiare quædam actiones affixerat eorum singulis, pro cuiusque duratione; prorsus vt ne momenti quidem faceret iacturam. Neque eâ temporis parcimoniâ contentus, insuper præmeditata habebat quæcumque ei incumbabant agenda: quâ nempe
ratione

*Nullum
perdit tem-
pus.*